

24.  
I. N. 7.

DISCURSUS PNEUMATOLOGICUS

**ΘΕΟΓΝΩΣΙΑΝ  
NATURALEM**

EXHIBENS,

Quem

JEHOVM ADSPIRANTE FAVORE,

*Suffragio & approb. Ampl. Fac. Phil.*

*In Regia, quae ABOÆ est, Academia,*

P R Æ S I D E

*Excellentissimo nec non Praclariss: Viro*

**DN. M. PÉTRO HAHN,**

*Phil. Naturalis Prof. Ord. celeberrimo,*

*Mecenato ac Praeceptore æternùm*

*devenerando,*

*Pro consueto in Philosophiâ Grada Magistrii,*

*ejusque Privilegiû obtinendû,*

*Philosophantium candidæ censuræ mo-*

*destè submittit.*

**BENEDICTUS LITTORINUS,**

*Wisingsb. Smol. S. R. M. Alumnus.*

*In Max. Auditorio 3. Junij, M. DC. LXXXV.*

Exc. apud JOHANNEM LAURENTII WALLIUM,

Regiæ Univers, ibid. Typogr.

*Reverendissimo in Christo Patri ac Domino,*  
**DN. M. JONÆ SCARINIO,**  
*Dioc. Wex: Episcopo Gravissimo, Consistorii  
ibidem Præsidi amplissimo, Regii Gymn. &  
Scholarum Ephoro, domino meo æ-*  
*tatē suspiciendo.*

*Adm. Reverendis & Praclarissimis Dominis,*  
**M. PETRO E. WIRCKNÆO,**  
*Ecclesie Wisingianæ Pastori, nec non Co-*  
*mitatus Wisingburgici Præposito longè*  
*meritissimo, Mæcenati pl. honorando:*

**M. LAURENTIO MELLINO,**  
*Junecopensium Pastori, & Territorii Ewera*  
*Præposito vigilantissimo, Patrono summè*  
*devenerando:*

**M. ÆSCHILLO FABRICIO,**  
*Ecclesiarum in Odeshs & Åby Præposi-*  
*to & Pastori longè dignissimo, ut olim Præ-*  
*ceptor, ita jam Promotori optimo:*

**M. NICOLAO OLANDRO,**  
*Pastori in Ulmstads benè merito, fautori*  
*itidem honorando.*

**DN. JONÆ JOHAN WANZONIO,**  
*Pastori in Sagu pervigili, Fautori & bene-*  
*factori non uno nomine colendo:*

**DN. JOHANNI KANKEL,** *Ecclesie Dei in*  
*Wecfelsång Pastori dignissimo, Benefactori benevolæ:*

**DN. JONÆ HAGLINO,** *Verbi divini Mini-*  
*stro in Rogberga Præcepte ante fideliss. Faut. hono-*  
*SALUTEM & ANNOS!*



**P**raeclarum prudentiae argumentum, erudito orbi reliquit, CAROLUS Rex Siciliae, nullo non tempore devotiori mentis indagine perpendendum, dum lethali morbo afflictabatur, dicens : O vanas hominum cogitationes, ah miseri, honoribus delectamur & caelum negligimus ; Vale igitur terra & salve Coelum ! Quo aureo themate, acutè satis perstringit, fluxarum, caducarumq; reru aurâ turgidos, monstrando, eorundè conatus non solum vanos, veru etiam minus adspirante divinae gratiae favonio, miseriae prorsus obnoxios esse ; Qui ad tantam, tamq; stupidam caecitatem deponendam, oculorum collyrium subministrat saluberimum, cujus beneficio & efficacia, caeleste consortium, sepositis scil. vanitatibus mundanis, indubitato obtinere pos-

sumus. Hoc altius considerans, inter  
tot sanæ Philosophiæ argumenta, tot e-  
ruditorum sudores; nullum certè ven-  
tilatione dignius inveni, cui ad manda-  
tum Ampliss: Facult: Phil. operam im-  
penderem, *Θεογνωσία* naturali: quod  
studium, si unquam aliud, efficax est,  
per divinam gratiam, vanas cogitatio-  
nes ex animo penitus dispellere, & splen-  
didam hujus ævi miseriam, quâ multorū  
oculi fascinantur, generosè contemne-  
re. Interim ingenuè profiteor, me pro-  
vinciam multis subtiliorum difficultatū  
ericis expositam, satisq; ob controver-  
siarum numerum innumerum arduam  
suscepisse, quoniam, quo nobilior rei  
cujusdam consideratio sit, eò sine omni  
dubio, omniq; tempore, etiam inter eru-  
ditissimos, æstimata est difficilior. Hæc  
certè materies, si unquam alia, doctrinā  
præcellentium ingenia ita torfit, ut in-  
numeris labyrinthorum mœandris in-  
clusi, expeditioni & aufugio vix viderint  
locum. In viridario Philosophico, no-  
bilissimi obveniunt discursus, spinosissi-  
mæ quæstiones, nec non sententiarum  
di-

diversitas maxima, utpote, de Anima  
rationali, &c. ut taceam consideratio-  
nem Angelorum; si itaq; de Spiritibus  
creatis, aliisque subtilissimis rebus, tantus  
extat labor, tanta judiciorum discrepan-  
tia, tamq; insomnis cura: Quid ergo judi-  
candum erit, de summi entis, indepen-  
dentis, increati, &c. naturâ & indole,  
quam lippis oculis perspicere cona-  
mur? nonne meritò Simonidis re-  
petamus effatum, qui ab Hierone Ty-  
ranno interrogatus, Quid esset Deus, de-  
liberandi triduum sibi postulavit, qui,  
triduo clapso, in hæc tandem verba eru-  
pit; Quo diutius mecum delibero, eò  
res mihi videtur obscurior. Hinc di-  
spalescit tantam esse argumenti hujus  
subtilitatem, tantam majestatem digni-  
tatisq; eminentiam, ut nec Ciceronis la-  
tè fluens copia; nec stagnans Isocratis  
svavitas, nec acutissima philosophantium  
ingenia, eandem dignis coloribus depin-  
gere, multo minus rimari valēt. Quid ergo  
de tenuitate ingenii mei sentiam, dum ad  
summum Numen, speculando progredi-  
rentem, nonnè immenso hoc divinitatis

mari absorbeat. & certè! Nunquam tamen, tam ardenti, optimi Dei amore, inflammatus ac detentus, per divinam gratiam, sacras meditationes ab eodem dimoveam, ad monitum superius allatū; satius omninò est delectari Domino, quàm honoribus Vanis, & per eas cœlum negligere. Vobis, interim, Patrone, Meconates, ac Benefactores, æternū suspiciendi, sacrum hunc laborem, sacratum volui, non quod operā meā qualitercundq; elaboratum, Vultus Vestros subire, dignum censeam: sed partim favor vester in me singularis, partim etiam ardor sinceri cultus divini, eundem sibi vendicant. Accipite ideo serenā fronte, hoc quicquid sit muneris, & Clientulum Vestrum, ut in præsentem usque diem laudabiliter servistis, etiam in posterum, ejusdem benevolentia Vestra aurā prosequi haud dedignamini, eum, qui pro vestra salute, nunquam intermitteret devotissima fundere supiria,

BANED. LITTORINUS,  
*A. & Resp.*

Ad

*Eruditione ac Humanitate Praestantissimum  
Virum,*

DN. BENEDICTUM LIT-  
TORINUM Wisingzburgensem,

Phil. Candidatum maximè candidum,  
Pro gradu in eadem Fac. feliciter di-  
sputaturum, amicum dilectum:

BENEDICTUS LITTORINUS, VIS: &c.  
*per anagr.*

BIS DENUS IN LITTORE VICTUS.  
*Elaboratio:*

**P**lusquam Bis DENUS Pharaos IN  
LITTORE VICTUS

Pœnas ipse Deo perpetuas de-  
derat:

Auguror è contrà noster didicit  
BENEDICTUS

BIS DENUS crudam vincere stul-  
titiã.

*L. Máj*

ENEVALD. SVEN,  
Q.G.A.SS.Th. Doctor  
P.P.P.

VIRO JUVENI

*Solidâ eruditione & singulari vivendi decen-  
tia apprime commendabili,*

DN. BENEDICTO LITTORINI

Wisingsb. Smol.

Sanioris Philosophiæ Candidato dignif-  
simo, amico & hætenus commilitoni  
perdilecto;

*Dum pro summis in Philosophia honoribus ritè  
obtinendis in REGIA Acad. Absœnsi de-  
cè disputares :*

**C**astalidum memorande choris & gloria  
præstans

Musarum, cordis portio magna mei  
LITTORINE, tuas jam laudes turba novena  
Certatim celebrat; Ti studiola cohors  
Plaudit ovans; magnos gratatur voce sonora  
Profectus studiis; prospera quæq; vover.

Multa quidem passus fueras, multosq; labores  
Ritè ferens; manet hinc fama decusq; Tibi.

Nunc lætus potes ad patrios remeare penates,  
Crede dabunt studiis præmia digna tuis.

His igitur nostris cum jam valedixeris oris;  
Sidere felici Svecia te excipiat.

Prosper eas quocunq; trahant te fata benigna;  
Sancta Trias cunctis te regat ipsa viis.

*quodasî ex animo tamen  
congratulabatur*

JACOB. FLACHSENIUS.



# BENEDICTUS LITTORINUS

Per anagr.

SUDOR IN LITIBUS. TENET.

Otiosa ne sit Litera C. Claritudi-  
nis character erit.

*Elaboratio.*

**L**ITIBUS IN licitis *Verj* scintillat imago;  
Provocat enim SUDOR non temeratus eas!  
Hoc monstrat LITTORINUS noster BENEDICTUS,  
Post lites, Palmam jam TENET hic, licitas!

Licet occupatus, ut solet, tamen grä-  
tulabundus scripsit

**E L I A S** Fil. Sandz  
Med. Doct. & Prof.

*Præstantissimo VIRO-JUVENI,*

**DN. BENEDICTO LITTORINI,**  
Sanioris Philosophiæ Candidato meritissimo,

*Τηλεγράφων extemporaneum:*

**M**ente DEUM colimus, lingua celebramus  
& ore,

Insuper inpressus stat animisque typus;

Non tamen hoc Numen stolido clamore colen-

Qui colit, ille colat religione, fide. (dum;

Est typus innati cultus, BENEDICTE polite,

In medio præstans, hoc meletema tuum.

Quod honori & amicitiam Ejus dedis

**AND. WANOGMIUS,** Ph. pr. & Hist. Prof.

b

LECTO-

LECTORI Candido salutem:

**Q**uorsum oculorum flectere placet aciem,  
L. B. sivè ad splendidam cæli con-  
vexitatem, admirabilem aëris subti-  
litate, aquarum divities, terrarum fragran-  
tiam ornatum. & infinita alia, summi Nu-  
minis, sivè mortalibus concessa ornamenta,  
sivè commoditatum genera; Eò inquam, cor-  
dato, tantorum, tamq̃ admirandorum operum  
astimatori, imò unàquaq̃ locorum, infinita  
Dei potentia, sapientia & misericordia erga  
genus humanum, obvia resurgunt. Tanto  
matura mysteria, liber natura, eruditorum  
calculis non nuper salutata, præbent singu-  
lù mortalibus ansam, devotiori animi scruti-  
nio, in eadem studiosè inquirere, sibiq̃ tam ad-  
mirabilium rerum Conditoris cognitionem,  
acquirere, que unanimo eruditi orbis suffragio,  
Theologia naturalis audit; Cujus præstantia

at dignitas, nullū eloquentiæ cancellū ei-  
sumscribi, multū minus dignè à nobis ven-  
ulari potest, obstantibus, partim Intellectus no-  
stræ cæcitate, partim in intimiorem Optimi Pla-  
smatoris nostri cognitionem deveniendi, segne-  
scens fervore, cum multa aliis vanitatum  
obstaculis. Visum est propterea mihi, inter  
tot sanæ Philosophiæ argumenta, hoc Præstan-  
tissimum, cui præcipuè operam, ad manda-  
tum Ampl. Fac. Phil. aliquam impenderem;  
Verum, ad verivertium eruditorum, non nu-  
per receptum, ut omnis festinatio cæca, sic etiam  
cæcâ prorsus festinatione, sacram hanc mate-  
riam percurrere, & tanquam per cancellos, ut  
ajunt, intuendam adumbrare, necessum habui.  
Quocirca planè nescius non sum, plurima quæ  
ad tam sublimis materiæ ventilationem ver-  
gere deberent, vel à me prætermissa, vel  
minus aptè concinnata esse; Attamen, in quan-  
tum ratio temporis admisit, hanc Dissertatiun-  
culam, quatuor Theorematis inclusi: Quo-  
rum primum, Θεογωγίης naturalis tam Exi-  
stentiam quam Quidditatem evoluit; Se-  
cundum, Essentiam divinam leviter tangit,  
Tertium, Generalem Attributorum Dei con-  
side.

fiderationem exhibet ; Et Quartum denique  
specialius, tam Attributa Communia, quam  
Negativa, Positiva, Absoluta & Respectiva, levi  
brachio attingit. Ex hoc qualicumque labore  
facile colligere potest, Lector Benevolus, tenu-  
is ingenii mei ardorem, non vanam gloriolam  
inhiaré, non spinosas fluxarum verum subti-  
litates querere, nec minus proficuum invigila-  
re; sed unice, humilime & devotissime, sum-  
mi Ter. Opt. Numinis cognitionem, in  
quantum cacutiens natura lumen, in tanto  
mysterio progredi valet, paudere, divinamque  
gloriam in omnibus deprecare: Cui, si  
benignam censuram deferre audeas, & mea  
studia, & quod palmarium est favorem cele-  
stem quem hic ante omnia venerar, facile acqui-  
res. Momos, Hic, cujus gloriam quero  
castigabit; Ipsius opem devotissimis suspiriis sic  
imploro,

Duc me, nec sine me per me, Deus  
optime Duci:

Nam duce me pereo, te duce salvus  
ero!

THEO.

I. N. 7.

THEOREMA PRIMUM.

*Θεογνωσίας naturalis Existentiam &  
Quidditatem evolvens.*

§. I.

**S**ummum luminis naturæ mysterium, arcanorum apicem, & sophorum subtilitates, infinitis parasangis transcendentem *Θεογνωσίαν naturalem*, tenuiori ingenii acie mihi ventilandam aggredienti, aditus in tam sublimis argumenti enucleationem, multis obstantibus difficultatum tricis obsitus obvenit, quas feliciter evitandi, viamque ad intimiorem substratæ materiei considerationem regiam parandi, tam necessarium quam utile duco, brevioribus, quibus unquam fieri potest lineis, in frontispicio, Photinianorum orthodoxæ religionis, inque sacris Thematibus exponendis, rectæ methodi hostium, insidiosas conculcare strophas, quibus *Θεογνωσίαν naturalem* gentibus derogare, summo studio efferuntur, asserentium; *Θεογνωσίαν* cunctis mortalibus non esse congenitam, E. nec naturalem. Quam thesin probare satagunt, partim Philosophorum auctorita-

floritatibus, qui Deum negarunt, propter  
 omnimodam, ut ajunt, cognitionis Dei caren-  
 tiam; partim Indorum, aliorumq; Ethnico-  
 rum Calicutanorum præcipuè, qui nec per  
 famam quicquam de Deo accepisse feruntur.  
 Verum, grandem in hoc sacro ausu, ἐτεροζη-  
 τήσεως, sive quaestionum confusionem, pro-  
 dunt adversarij, nescii enim sunt distinctè  
 proponere, τὸ εἶ ἐστὶ καὶ τὸ τί ἐστὶ, unde ἐκ προ-  
 αιρέσεως affectatā mentis cæcitate, cognitio-  
 nem hanc Θεός, δόξαν seu divinitus implanta-  
 tam & congenitam, alto supercilio suppri-  
 munt; Interim tamen naturalem sibi Θεογνω-  
 σίαν competere, hoc ipso produnt, colunt n:  
 peculiaria Numina, præter opera artificum  
 industriè elaborata, solem, lunam, cœlestem  
 exercitum, innumera idola, imo si ausim  
 dicere Cacodæmonem ipsum, ut Dei mini-  
 strum, relicto Deo ἀληθινῶ. Ne crassam  
 & supinam hanc gentilium circa hoc myste-  
 rium incurramus confusionem, Quaestio-  
 nem τὸ εἶ ἐστὶ, probè ventilandam suscipie-  
 mus; r. devotiori mentis scrutinio dispicien-  
 tes: *Quid naturaliter erit cognoscendum?*  
 videl. DEUM esse. Hic in antecessum notan-  
 dum, vocem Dei non sumi *Abusive*, sed in  
*sensu proprio*, pro ut à sanioribus Philosophis  
 usu venit, *Ens summum & infinitum, eminen-  
 tissimum, independens, perfectissimum, totius  
 universi*

*Universi Auctor, sustentator ac admini-*  
*strator, supra omnia & ab omnibus rebus crea-*  
*ta venerandum Nomen.* Obveniunt hic non-  
 nulli, quibus, proh dolor, ratio in transver-  
 sum rapta, qui profitentur non esse Deum,  
 quam profundam suam stultitiam hisce dicte-  
 ris non erubescunt notam facere, licet, in-  
 quiunt, omnia Entia dependentia ab aliqua  
 primâ causâ dependerent, exinde tamen non  
 sequitur, eam causam esse Deum, qui sit u-  
 nus, æternus, infinitus; sed individuum ali-  
 quod vagum ac incertum, quod possit esse na-  
 tura. At quis non apprehendat ad meri-  
 dianam lucem horum caligantium, errores  
 fanaticos: Per naturam, si intellexerint na-  
 turantem, ultrò ipsis concedam, nam *Natu-*  
*ra naturans* est illud ipsum *Ens*, à quo omnia  
 dependent, ipsum vero à nullo alio, ideoque  
 primum est & independens *Ens*. Sin v. *Natu-*  
*ram* intellexerint *naturatam*, velimita argu-  
 mētari; natura illa naturata aut est à se, aut ab  
 alio, si à se, tunc est causa sui ipsius, quod abso-  
 nū est, sin v. ab alio, utiq; prima non erit. *Ni-*  
*hil enim positivè est causa sui ipsius.* Quem ca-  
 nonem adversarii pro clypeo utuntur, argu-  
 mentando; Quicquid est à se ipso, illud est  
 causa sui ipsius, Deus est à se ipso E. Absur-  
 dissimum putant Deum sui ipsius causam esse  
 & prorsus impossibile, sic enim prior & po-

terior esset se ipso. Nos verò ad evitandam  
 prolixitatem hic in limine, asserimus rò ef-  
 se à se ipso usurpari bifariam, ( $\alpha$ ) *Positivè* sic  
 est idem quod dare sibi ipsi esse, vel influere  
 in esse sui ipsius, vel ( $\beta$ ) *Negativè*, pro ut  
 non agnoscit aliam sui causam, hoc de Deo ve-  
 rificatur, qui esse suum ab alio non habet: Po-  
 sitivus verò influxus hic non requiritur.

§. II.

2. *Modum* in cognitionem *Quidditatis* *Θεο-  
 γνωσίας* deveniendi commodissimum prehen-  
 dimus, ex ipsa Causalitatis viâ, ubi attendi-  
 mus, in causis essentialiter, seu per se subor-  
 dinatis, non posse dari processum in infinitum,  
 sed deveniendum erit tandem ad ali-  
 quam causam, quæ ab alia non dependet,  
 quod est ipse *Deus*, *suprema rerum causa*, *in-  
 dependenter causans*. Causæ per se subordi-  
 natæ dicuntur, quia in agendo una ab altera  
 dependet, & superior defectum agendi in  
 inferiori supplet, ut Scotus dicit lib: 1. Causa  
 secunda, in quantum causat, dependet à prima,  
 sic, ut prima non agente, secunda agere non  
 possit. Hanc sententiâ disertè illustrat & con-  
 firmat Scheib. in sua Met. l: 2. c. 3. hunc in modû:  
*Superior causa in essentialiter subordinatis est  
 perfectior causa inferiori. Ergo in infinitum  
 superior, erit in infinitum perfectior: & sic in-  
 finita perfectionis in causando. Ergo & in-  
 de-*



*dependens erit ab alia causa porro movente.*  
 Dependere enim ab alio in causando, est ob  
 imperfectionem, cum id sit ad supplendam vir-  
 tutem agentis. Unde relinquitur simplici-  
 ter, cum infinitâ perfectione in causando, pu-  
 gnare dependentiam ad aliam causam. Causa  
 autem quæ aliunde non dependet, non est alia  
 quam *Deus*. Secundo, addit modò laudatus  
 Auctor, *quod omnis ordo sit per prius & po-  
 steriorius, Ergo subordinatio essentialis sit secun-  
 dum prioritatem & posterioritatem essentia-  
 lem.* Rursus, omne prius dicitur per appropin-  
 quationem ad aliquod primum, ut Aristo-  
 teles docet, 5. Met. c. 16. Ergo, ubicunq; da-  
 tur ordo, & sic unum alio prius est, ibi o-  
 portet dari primum; Ideoq; in ordine etiam  
 Causarum datur aliqua prima causa, quod est  
 contra processum istum in infinitum. Clari-  
 us hoc patebit in seq. ubi de notitiâ acquisitâ  
 erit agendum. Jam verò, præsuppositæ the-  
 seos *βασίλων*, præcipuè ex notitiis natura-  
 libus innatis, nec non auctoritatibus gravissi-  
 morum Auctorum, adstruemus. Accipienda  
 venit hic loci *notitia ενεργητικῶς*, pro ut  
 nos scientes reddit, *naturalis* verò propte-  
 rea, quia nobiscum cogenita est, mediante  
 quâ, Intellectus aptus natus est, ad præben-  
 dum Deo assensum, non quidem *inchoative*,  
 quatenus est naturalis quædam potentia & a-

ptitudo, per discursum de variis objectis se-  
 met exerens, sed *Originaliter & Inhasivè* ad  
 modum habitus, ut mox patebit: Quocirca  
*ἐμφυτὸς*, *innata & subjectiva* dicitur, à  
 Clariss. Mej. p. 246. *Pneuv. quæ ipsi natura  
 ac mentibus in ipso ortu immediatè est im-  
 pressa, antequam ratio sese exercere possit:* Ita,  
 ut homo quamprimum simplices apprehen-  
 dere terminos, apprehensos componere, et-  
 iam mente concipere potis est, hac ipsa no-  
 titiâ *dari quendam Deum*, idq; indubitato  
 intelligat. Ejusmodi *notitiæ naturales* dari  
 vel hinc dispalescit, quia dantur operatio-  
 nes seu actus secundi naturales, de ejus exi-  
 stentia, operibus, gratiâ & amore erga mi-  
 seros, testimonium perhibentes, qui, præ-  
 supposito notitiarum naturalium *actû primo*,  
 exerceri solent: ubi verò *actus secundi* ani-  
 madvertuntur, ubi *actum primum* præsup-  
 poni necessum est. Naturalia enim innata  
 & congenita semper adsunt actû primo; licet  
 non semper se exerat actus secundus. Apti-  
 tudo æqualiter inest, licet non aptitudinis a-  
 ctus & operatio in individuis. Mej p. 271. Hoc e-  
 nim luculenter confirmat script. S Rom. 2. 15.  
*ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τῆ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς  
 καρδίαις.*

### §. III.

De formali autem notitiarum in varias e-  
 rumpunt Auctores sententias, quidam per-  
 poten-

*potentiam seu facultatem* eas definiunt, non-  
 nulli per actum, alii verò in speciebus im-  
 pressis illas consistere asserunt, verum hæc  
 asseverant non probant; Quocirca, eas in fa-  
 cultate collocatas, probabile non videtur,  
 propter identitatem intrinsecam, quæ ratio-  
 ne saltim ab essentiâ distinguitur, quam pos-  
 se amitti absurdum foret statuere, ideoq; in  
*facultate*, quæ non potest amitti, nequa-  
 quam radicantur. Nec in *actu* consistunt,  
 quoniam actus transit, notitiæ autem natu-  
 rales ab homine, ne per momentum separan-  
 tur. Neq; in *speciebus impressis vel expressis*,  
 si enim tales species darentur, sequeretur in  
 infantibus dari actuales conceptus, cognitio-  
 nem actualem gignentem, propter adessen-  
 tiam notitiarum naturalium, æquè perfectam,  
 & distinctam, ut in adultis, quod absurdum  
 est statuere. Idcirco remanet, easdem in  
 hoc *formali*, vid: *reliquis deperditis habitus*  
*consistere*, quod probamus hoc arg. Qualis er-  
 rat natura amissi habitus, talis est natura no-  
 titiarum ex habitu amisso reliquarum; Atq; im-  
 aginis amissæ natura fuit habitus, seu ha-  
 bitualis perfectio, Ergo notitiæ naturales pa-  
 riter ejusdem sunt naturæ. Min. unico ex-  
 emplo robotari potest. Quanta enim erat  
 perfectio Adami, cunctis sibi adductis anima-  
 libus nomina imponentis, quæ aliunde mi-

nimè fluebāt, nisi ex habituali perfectione  
Vid: Excell: Theol. Doct. Joh. Grafcium in  
Theol. sua Polem. p. 140. Ulterius sic arg.  
Quicquid firmiter intellectui inhæret, illud  
est habitus; Notitiæ naturales tales sunt. E.  
Ut non nihil de Auctoritatibus dicam & qui-  
dem selectioribus, primo loco nominandus  
venit Excell. Dn. D. Calovius, differens de  
notitiâ Divinitatis nobis innatâ, sive *νοητικῆς*  
*ἐννοίας*, de Nat. Noolog. p. 52. *Quæ sicut ex*  
*habitu Divinitatis vel sapientiæ concreata*  
*superstites habitualiter nobis conveniunt; Ita*  
*hæc de Deo notitia cuiq; homini, naturâ,*  
*habitualiter inest, atq; ut illarum veritas*  
*non extrinsecus advenit, per species rerum*  
*ope sensuum ab Objectis delatas, sed in men-*  
*te quasi delitescens, actu secundo se prodit*  
*in recto rationis usu: ita & hæc de Deo no-*  
*titia naturalis se habet. Eandem sententi-*  
*am Exemplo illustrat Reverendis. Calov. in*  
*Syst. Th. 2. p. 76. dicens, surdum hominem,*  
*eundemq; cæcum natum, accedente aetate ve-*  
*ritatem primorum principiorum percipere pos-*  
*se, licet sensibus disciplina sit deficiens;*  
*hinc elucescit, quo respectu prima homini*  
*cum Deo dicatur rationis societas; ad testi-*  
*monium Cicer. lib. 1. de leg. Inter quos a-*  
*ratio, inter eos & recta ratio communis esse*  
*debet, nam cum cæteras animantes abjecerat*  
*ad*

ad partem, solum hominem erexit, ad cœ-  
 liq; quasi cognationem domiciliiq; pristina  
 conspectum excitavit. Ut Cecinit Ovid. *Pro-  
 naq; cum spectent cetera animalia terram,  
 Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri iussit  
 & erectos ad sidera tollere vultus.* Si modo  
 sequerentur homines, communem illam ad-  
 huc salvam naturam, utiq; in errorum de  
 Deo colendo, rectaq; vitâ instituenda tricas  
 & devia, non devolverentur. Clar. Mej. p. 252.  
 Pnev. talem addit *ἰννοεισιον*, differens de  
 notitiis hisce innatis. *Habitus eam scil. no-  
 titiam nat. dixi, non quidem perfectum pri-  
 mario & proprie sic dictum, cujusmodi ha-  
 bitus sunt scientiarum & artium, sed tantum  
 διωρίσως, quae scil. non ita facile transit,  
 sed ipsi nature constantissime inheret.* Brevi-  
 ter, est habitus analogicè sic dictus. Vid. i-  
 bid. pl. nec non D. Joh. Meisnerum de Cogn.  
 Dei nat. Disp. 2. th. 12. Ut & Phil. Pract. Pl.  
 Rev. M. Wanochii, dextrè & copiosè hæc  
 evolventis, *Γουνάσιμ. 4. part. Gen.*

§. IV.

Universalis & perpetuus omnium popu-  
 lorum consensus idem probat. Dicente Cic.  
 lib. 1. de nat. Deor. *Nulla gens est tam bar-  
 bara & fera, que non cognoscat esse Deum,*  
 nec non Aristot. l. 1. de Cœlo, *πῶς γὰρ αἰ-*

Ἰσῶπι πᾶσι θεῶν ἔχουσι ὑπόληψιν. Quir  
& Seneca Epist. 117. Nulla gens adeò extra  
leges moresq; est projecta, ut non aliquos  
Deos credat. Unde Mornæus rectè dixit, li-  
bro de Verit. Relig. Christ. Omnes gentes  
Deum didicerunt, etsi diversa de eò conce-  
perint, percurre Orbem inquit, & ubicunq;  
homines inveneris, ibi continuò religionis &  
Numinis cultum, sacrarum ritus, & sacri-  
ficia reperies, diversa quidem & confusa, at  
in eò saltem congruentia, quod Deus sit.  
Testis evidentissima est cujusvis hominis con-  
scientia; Videmus probos rectè factis læta-  
ri, perversos, licet vindicem non metuant,  
sux tamen ferocitatis ac improbitatis, intus  
in animo convictos, vel tandem contròstari  
& expavescere; nam, Conscia mens, ut cuiq;  
sua est, ita concipit intra pectora, pro me-  
ritis, spemq; metumq; suis. Hoc ipsum in-  
digitat, summum sanctissimum Numen dari,  
pijs hanc lætitiã instillans, reprobosq;  
puniens. Quid de sceleribus occultis, adquæ  
nullius notitiã delatis, quæ in tantum de-  
linquentium animos urgent ac vellicant,  
nonne evidens testimonium, dari transgresso-  
rum vindicem. Exempla Neronis, Caligu-  
læ, & aliorum inducerem, ni instituti ratio  
inhiberet, vid. inter alios etiam de hac re  
Hundesghagen in Theol. Naturali. Quid de  
Ari,

Aristot. morti vicino dicendum, exclamante?  
 Nudus veni, anxius vixi, quo vadam  
 nescio, O Ens Entium miserere mei! Clau-  
 do itaq; assertionem meam, de notitijs hisce  
 de Deo naturaliter insitis, hoc arg. demon-  
 strando easdem esse æternæ quoq; veritatis.  
 Quicquid ex rectæ rationis lumine provenit,  
 & Deum ipsum auctorem habet, illud est æ-  
 ternæ veritatis, at hæ notitiæ tales sunt. E.

§. V.

Probatâ sic rationum ponderibus θεογνω-  
 σία insitâ, transitum facio ad notitiam  
 ἐπικτητὴν seu acquisitam concisiori differen-  
 di formulâ enucleandam. Davi Ens nobilif-  
 simum & perfectissimum, quod Deum saluta-  
 mus, præter ea, quæ antea adducta sunt, pro-  
 bat *Macrocosmos* universus, tam affabrè con-  
 ditus, tam constanter, sapienter & admiran-  
 do prorsus ordine in præsentem usq; diem  
 conservatus. Opifices ex opificiis dignosci  
 solent. Magistratum Republica benè con-  
 stituta, legibusq; pulcris ornata, demon-  
 strat. Equis oculorum acie non perspiceret  
 expansi amplitudinem summam, Solis & Lu-  
 næ diei noctisq; principum, admirandam ve-  
 locitatem, siderum reliquorum tam fixorum  
 quam erraticorum choreas & ambages, cam-  
 pestrium ornamenta, maris divitias & infi-  
 nita alia, agnoscere creatorem, sustentato-

*rem de gubernatorem, quem efficiens univer-*  
*sale primum appellat, Clariss. Spertl. Inst. p.*  
*160. Esse Deum omnes totius mundi incolae,*  
*omni temporis puncto, voce clamant altissimâ,*  
*quæ doctrina in rusticularum cavernis doce-*  
*tur & Principum turribus monstratur, &*  
*cum lacte imbibitur materno. Hæc nature*  
*domus augustissimum est Dei Opt. M. tem-*  
*plam. Pro testudine concameratâ celum est,*  
*pro pavimento tellus, pro parietibus continus*  
*conspiratio. Vid. pl. Jehovahæ manus omnia fe-*  
*cit; interroga jumenta, & volatila cæli,*  
*illa te docebunt, inquit Job. c. 12. 7. de hi-*  
*scæ amplius in Attributis, bono c. DEO, a-*  
*gendum erit. Deprehendimus adhæc ex con-*  
*trarijs constare mundum, reperiuntur nam-*  
*quæ humida & sicca, calida & frigida, ve-*  
*nenosa aliaq, multa, quæ propensione na-*  
*turali ad invicem agunt ut unum alterum*  
*corrumpat; Dum verò ea omnia in natura-*  
*li suo statu salva remanere cernimus, danda*  
*erit omninò causa optima, illa in esse suo*  
*conservans. Videmus efficacissimas propen-*  
*siones ad mundi conservandam unitatem;*  
*percipimus unam rem deservire ad particu-*  
*lare bonum alterius, E. g. Elementa intrant*  
*herbas & arbores, nutriunt eas & fructus*  
*earum, istæ porrò herbæ fiunt nutrimen-*  
*tum variarum bestiarum, quæ deinde fiunt*  
*cibi*



eibi hominum. Manifestum exemplum sunt corpora cœlestia, omnium sublunarium salutis prospicientia. Nonnè hinc eluceat dari *commune quoddam principium ordinans & dirigens omnia.* Varia miracula tam naturalia quam supernaturalia idem evincunt.

§. VI.

Dispalescit ex superioribus, quam grandem errorem errant illi, qui Atheismum propriè sic dictum, cyclopico furore propugnant, nescientes propria naturalia, intrinseca præcipuè & absoluta nunquam à subjectis suis absq; contradictionis implicatione posse separari, pari modo nec *Theologiam naturalem*, quæ habitus principiorum naturalis est, ab homine separabilem esse, nullis rationibus firmari potest. Ideoq; ex ignorantia vincibili & affectatâ, quæ alias dicitur prævæ dispositionis, malè concluditur ignorantia simplex, quæ vocatur puræ negationis. Ut autem verbo hanc thesin claudam, assero hominem viribus naturæ Deum cognoscere & quidem commodissime, 3. modis. (a) *Pel-  
viam Negationis*, quâ omnes omnium creaturarum imperfectiones à Deo removemus, v. gr. creatum, finitum, dependens esse &c. sunt imperfectiones, quibus remotis, dicimus, *Deum esse Ens increatum, infinitum, independens*, ratio est, quia, *absoluta & o-  
mnimo-*

*innimoda perfectio Dei, omnem imperfectionem excludit. (β) Per viam Causalitatis, ex effectu judicantes de causa, juxta canonem; Quicquid est in effectu, id præexistit in causa, de qua in classibus Atributorum dabitur occasio disquirendi. (γ) Per viam Eminentie, quâ intellectus noster omnibus à Deo imperfectionibus remotis, reliquas absolute perfectiones, in eodem tanquam in Ente perfectissimo cognoscit, v. g. cum hominem dico justum, Deum inde cognosco justissimum. Hac triplici viâ inquit, Doct Gezelius, Encyclop. p. 173. Dei propriam rationem ejusq; attributa quodammodo distinctè apprehendimus, nunquam tamen comprehensivè cognoscimus. Hæc ita pressè, propter angustiam temporis de Θεογνωσίας naturalis Existentia & Quidditate dicta sunt.*

## THEOREMA SECUNDUM

*Quidditatem seu Essentiam divinam leviter attingens.*

### §. I.

**Q**uestionem τὸ ἕν ἰσῆν generalem ventilatam, recto ordine excipit quæst. τὸ τί ἰσῆν sive contemplatio *Essentie divine* specialis, quæ majestatis sublimitate, infinitis modis, licet, hebetem ingenii mei aciem transcendat, penitusque dignitatis pondere supprimat, attamen

men descriptione aliquali & attributorum enu-  
 cleatione, in quantum ratio in tanto mysterio,  
 prestare possit, patebit. Operæ pretium  
 duco, antequam in ipsam *divinitatis* theoriam  
 descendam, in antecessum paucis inquirere  
 in naturam cognoscendam *Quidditatu*, hac  
 præsuppositâ distinctione, videlicet, inter co-  
 gnitionem *quidditatis* & *quidditativam*, *per-*  
*fectam* & *imperfectam*, *absolutam* & *determi-*  
*natam*, *restrictam* seu *aliqualem*, *apprehen-*  
*sivam* & *comprehensivam*. Vocatur itaq; co-  
 gnitio *quidditatis*, quando aliquod prædica-  
 tum essentialiale & quidditativum cognoscitur,  
 licet integra quidditas & definitio non in-  
 telligatur. *Quidditativa* autem, alias *com-*  
*prehensiva* dicta cognitio, sic appellatur, quo-  
 niam omnia prædicata essentialia ad ulti-  
 mam usquè differentiam cognoscit; hoc con-  
 ceptu, est Deus nobis ἀκατάληπτος ἄγνωστος,  
 ἀρρήτος καὶ ἀφροστος, hoc est in *compreh-*  
*sibilis*, *incognoscibilis*, *ineffabilis* & *inenar-*  
*rabilis*, quæ altioris indaginis est, quam hic  
 loci ventiletur. Verum de *apprehensiva*,  
*quidditatis* & *imperfectâ*, erimus b. c. Deo,  
 solliciti. §. II.

Juxta leges rectæ methodi, opus aggredi-  
 mur, per ὀνοματώδην & πραγματώδην, at-  
 tendentes i. ὀνοματολογίαν, quæ ad modum re-  
 ceptum philosophicum, dispescitur (a) in  
 ety-

Etym. ubi attendimus, SANCTISSIMUM NUMEN, ab Hebræis dici potissimum, *Jehovah*, quod essenziale Dei nomen est, & nusquam in Script. S. fictitiis Diis tribuitur, sed soli *Enti perfectissimo, vero Deo*. Quæ vox tria importat. 1. Quod Deus sit, 2. Quod creaturis det esse, 3. Quod suis promissis largiatur esse, eademq; re ipsâ compleat. Græcis verò dicitur, Θεός ἀπὸ τῆς θεΐνης, vel θεῶσθαι à contemplando, quia Deus θεῶσθαι πάντων, *contemplator est omnium*, vel αἰθεῖν id est ab urendo, quoniam *Deus est ignis consumens*, Deut. 4. vel à δέος, metu, propterea, quia *Deus omnibus est timendus*. Latinis, Deus, quod ei nil deficit, vel quod omnia bona hominibus dat. Germanis, Gott/ à Gutt/ sc. à benefaciendo, & ab eminentissimâ bonitate & perfectione. (β) Homon. Voc. Dei diversimodè accipitur, vel *Metaphoricè* & *nuncupativè*, pro Deo λεγομένῳ, quo sensu in sacris literis, de Magistratu & Magnatibus, divinum officium gerentibus enunciatur, ut Mosis, qui Aaronis Deus dicitur, Exod. 4. & Angeli, qui κατὰ χάριν & *impropriè* Dij appellantur: vel κατὰ ψέδος, ut idola gentium, venter Epicureorum, Diaboli &c. *Propriè* verò, ζωὸς & *essentialiter* competit Θεῷ ἀληθινῷ, seu *Enti independenti, aeterno* & *optimo*,

*primo* vel ἑνωτικῶς, *personaliter*, respectu  
 trium personarum, ut jam Patri, Filio, &  
 Spiritui Sancto tribuatur. (γ) *Synonyma*  
*Jehovah, Elohim, Adonai, Θεός, Κύριος,*  
*Ens Entium, Ens independens, Prima & Prin-*  
*ceps causa, &c.* Pluribus hæc exponentem vide  
 Reverendiss: *Dn. D. Calovium in Theol. Nat.*  
*Revelata.*

### §. III.

2. Πηγυρωτάτης considerationem, sive  
 conceptum latiore, & in voce *spiritus* quasi  
 contrahibilem: ubi primo intuitu, plurimo-  
 rum circa hunc nodum sententiis, variè distra-  
 hor. Aristot. conceptum Dei primum posuit  
 in eo, quod Deus sit vivens αἰδιον, æternum  
 & optimum lib. 12. Met. c. 7. cujus vestigia  
 secutus est Hurtadus de Mendoza. Quidam,  
 essentiam Dei ponunt ἐν τῷ intelligere vel  
 scientia, de quibus pl. vide Dionysium Pera-  
 vium, lib. 1. de Deo & Attributis divinis, nec  
 non Svaretz, &c. Nonnulli accuratius sa-  
 cram hanc rem tractare conati sunt, afferentes  
 essentiam Dei, ratione nostræ cognitionis, ita  
 esse constituendam, ut à parte rei est, cum  
 verò, omnia Dei attributa à parte rei, di-  
 vinâ cum essentiâ identificentur, inde di-  
 cunt, omnia prædicata seu attributa abso-  
 luta esse de conceptu Dei primo. Nec mi-

nus, vel hinc, suboritur dubium, quoniam *Quidditas Dei*, ob summam simplicitatem, quâ omnium rerum genera transcendit, ab intellectu creato *definitivè* cognosci nequit, dicente Scharffio, l. 1. Pneu. c. 2. Quocirca removenda erit *Definitio Logica*, quâ, fastuosa prurigine, haud pauci, magni nominis viri, ad tantam lucem cæutientes, Deum perfectè definire conati sunt, variis, ut putant, muniti præsiidiis iisq; validis, asserentes de Deo dari scientiam, Ergo & definitionē, ex mente Aristot. l. 7. Met. c. 15. Quorum argumenta prolixâ serie enumerantem, vide Scheibl. Met. l. 2. c. 3. Quæ hic percensere, instituti ratio vetat. Brevitèr not. ad exquisitam definitionem, requiri *genus & differentiam*. Si itaq; Prædicamenta quæ sunt genera generalissima rerum, perfectè non possunt definiri, eò, quod ijs non convenit genus & differentia, & tamen Distinctos & speciales conceptus habent, quorum beneficio singula à singulis secernantur; quibus igitur rationum momentis adstruere possint, Deo *perfectam definitionem* convenire, quia accurate loquendo nec *genus nec differentiam* habet, sed infinitis modis, *summa generis* transcendit.

#### §. IV.

Manet itaque, Deum quâlicunq; circum-  
locu-

locutione describi posse, *imperfectè & confusè* sub conceptu communi, & similiter sub conceptu proprio ac distincto. *Non autem omnis conceptus communis, habet rationē veri generis; unde nec omnis conceptus distinctus ac proprius, subinfert propriè dictam differentiam;* dicente Scheibl. Nec asseveramus, ejusmodi conceptus in Deo dari, ob summam, *Summi Entis*, simplicitatem ac perfectionem, sed propter Intellectus nostri hebetudinem, de Deo cognoscendo formari, quò, per istos, *essentia divina*, quodammodo *distinctè*, non tamen absque attributis, ut non nulli somniant, innotescat. Descriptiones numero equidem plures recensent Auctores. Nos verò, definitionem hanc brevem, tanquam propriam retinemus, dicentes: **DEUM esse spiritum infinitum.** Ubi attendimus, essentiam Dei, sub voce *spiritus* representari, secundum confusum & commune conceptum. *Spiritus* ergò cum sit Deus, Joh. 4. rectè essentia spiritualis dicitur, & quidem talis, quæ à spiritualitate Angelicâ multum differt, quia spiritus, de DEO, Angelis & animabus, non prædicatur *Univocè*, sed *analogicè*, & quidem per analogiam attributionis intrinsecæ, & *Eminentè* DEO competit. Grandem idcirco erravit errorem Conradus Vorstius, qui Deo corpus in-

latiori significato adscripsit, cum pluribus aliis. Unicum in hac descriptione, ad evitandam prolixitatem, attuli attributum, videlicet, *Infini- tatem*, distinguens ac secernens Deum, ab omnibus aliis Entibus, ut in sequentibus b. c. Deo, patebit. Hæc conceptus, tam latiore, quam strictiore, variis conclusionibus disertè & copiosè exponit, Cl- Meij. Pnev. & quidem p 306. præcipuè, quo B. I. remitto.

### THEOREMA TERTIUM.

#### *Generalem Attributorum Dei considerationem exhibens.*

##### §. I.

**E**xposui hætenus, summâ brevitate & quidem simplicissimè, tam cognitionis Dei naturalis *existentiam*, quam *Quidditatem divinam*, confuse, tanquam in ænigmate, per *ὄνοματ.* & *πρᾶγμα*. Jam verò, stimulat intelligendi modus, beneficio rectæ rationis ejusdemq; lumine, in Attributorum Dei denominativorum contemplationem, paucis descendere, quoniam absque horum cognitione, *essentiam divinam*, ob summam ejus simplicitatem, apprehendere non possumus, quod innuit Stratman. in sua Met. pag. 342. *Cognitio Dei essentia, est cognitio attributorum divi-*



*divinorum. Vel ad mentem Cyrilli. Attributa nil aliud sunt, quam inadequati conceptus essentiae divinae. Sic singula Attributa divina essentialia, implicanc essentialiam divinam, nec differunt à Deo, nec à se invicem, realiter, quemadmodum homo & ejus sapientia, sed solâ ratione ratiocinatâ. Ea namque realiter differunt, 1. Quae habent diversas essentialias. 2. Quae separari possunt à se invicem. 3. Quae sunt opposita 4. Quae se, habent ut producens & productum, 5. Quorum subiecta sunt realiter distincta; hæc sunt genuinæ notæ distinctionis realis, quarum nulla huc quadrat, T. de From. Met. p. 156 Omnia namq; Attributa, quatenus simplicissimam cum essentiali identitatem involvunt, eatenus sunt de essentiali, si non à priori, tamen per modum concipiendi nostrum à posteriori, hoc est, non ingrediuntur conceptum definitionis primum, sed extra eundem sunt, ita tamen ut sint realissimè idem, quod est ipse Deus, ut differit Graecus. Fuscè hæc exponentem vide Scheiblerum, Met. p. 482.*

§. II.

*Generaliter Attributa Dei hunc in modum definiuntur.*

*Attributa Dei sunt conceptus inadequati essentialiam divinam secundum nostram intel-*

*ligendi ordinem, proximè consequentes, transcendentaliter ac reciprocè denominantes, & in alio atq; alio statu representantes.* Hic breviter notandum: *Attributa ab attribuen- do dici, vocemq; Attributi denotare id, quod essentiae rei praesuppositae supervenit, sic eruditio homini docto; quae tamen significatio huc non quadrat. Aliter verò judicandum de Attributis divinis, quae in Deo dantur non per inbasionem, sed attributionem, quatenus Deo, propter veram & realem competentiam, ea non affingimus, sed jure merito tribuimus. Unde statim dispalescit, hanc attributionem, non esse externam & accidentalem, sed internam & essentialem, nec nove productionis, sed aeternae possessionis. Divina ergo sunt attributa, non humana, quae in Deo sunt quidem effectivè, quatenus Deus per effectus sese manifestavit, non tamen affectivè, ac si divinam essentiam humano more afficiant, & aliquid praeter eam in Deo ponant. Talia certe attributa, cum sint imperfecta, summo & perfectissimo Numini, nullo modo sunt adscribenda, utpote qui immediatè per suam essentiam, sine omnibus accidentibus operatur. Ne homonymia nos hic suspensos teneat; sciendum, attributa alias dici praedicata essentialia, quatenus de*

Deo per analogiam Eminentiaæ prædicantur, item proprietates & ἰδιώματα &c. Eadem Deo convenire, hoc arg. probo. Cuicunq; vera essentia competit, illi quoq; attributa competere necessum est, at Deo vera essentia competit. E. Ratio Majoris est, si Deus non habet vera attributa, nec verum Ens est; juxta Canonem. *Proprietatum deletio, est natura negatio; item, non Entis nulla sunt attributa, vera, realia, positiva.* Succedit itaq; probatio Majoris ulterius; ubi datur veritas, ibi datur unitas, quoniam veritas est una, & Entis attributum. Minor probatione non indiget. Et absurdum foret à Deo remove *attributa*, ut nonnulli adversariorum conantur, quoniam est *Ens singularissimum*, ut ita dicam, & Entis aliqua erunt affectiones, quod patet ex ipsis conceptibus, qui in Deo dantur, primò concepto conceptibilibus, prius namque concipio *spiritum simpliciter independentem*, quam ejus attributa, quocirca aliquali saltem descriptione per hosce conceptus, exclusâ logicâ definitione, ut superius indigitavi, definiiri potest. Inadæquati dicuntur hi conceptus, qui non sunt, primus ille, nempe spiritus, sed ex eo fluentes, ideoque quo ad nostrum concipiendi modum, sunt quasi secundi, *essentiam divinam* consequentes, nam si ad-

*æquatè* divinam essentiam exprimerent, tum ejusdem potius forent *Synonyma*. Tenendum est, quod antea indigitaverim, hosce *Attributorum* conceptus, qui ratione *Eminentia & nobilitatis*, prædicamenta logica, infinitis *parafangis* transcendunt, *transcendentaliter & Eminenter* Deum, in alio atque alio statu, nobis repræsentare, videl. per *immortalitatem, aternitatem, bonitatem, Omnipotentiam, &c.* Deum *immortalem, aeternum, summè bonum & omnipotentem* concipimus. Distingvuntur nihilominus, ab essentia divina, aliquo modo, *Attributa*, licet non *realiter* nec *materialiter*, sed saltim *ratione ratiocinatâ & formaliter*, quatenus novas inferunt conceptibilitates. Sic E. gr. aliam conceptibilitatem dat unitas, quam ipsa essentia divina, quæ licet una sit, non tamen *formaliter* sub ratione unitatis concipitur. Vide Cl. Mej. Pneum. 32j.

### §. III.

*Attributorum Dei* distributionem quod attinget, sciendum eadem dividi, *divisione saltim mentali*, propterea distingvit Cl. Mej. inter *conceptum objectivum*, qui est res ipsa, quæ concipitur, & *formalem*, qui est qualitas ab intellectu nostro formata, rem cognitam per modum ideæ repræsentans; prior in Deo actu est unicus & simplicissimus, *virtute verò & eminenter*

*nenter* multus, posterior est, ob intellectus nostri imbecillitatem. Hinc in Deo non sunt ponendæ plures formalitates *Objectivè*, sed saltim in nostro concipiendi modo, infirmitas enim nostri intellectus, Deum propter *Eminentiam*, pluribus conceptibus formalibus attingere necessum habet. Sic, concipimus Deum perversos punire, ad rationem justitiæ suæ, probos ratione misericordiæ, amplecti. &c. Distingvuntur itaque, I. *Attributa*, in *Absoluta* & *Respectiva*, non tamen ratione dignitatis, quoniam æqualem habeant cum essentiâ divina conformitatem, nec *Originis*, ob simplicissimam identificationem, sed nostræ cognitionis, nam imbecillitas Intellectus nostri necessum habet, per *Attributa*, tanquam per gradus, in cognitionem essentiæ divinæ deduci. *Absoluta* dicuntur, quæ essentiæ divinæ, sine respectu ad aliud externum, intrinsecus conveniunt. *Respectiva* verò, quæ ad aliud externum *Objectum* referuntur, Deoque conveniunt, in ordine ad creaturas, earumque actiones & qualitates, ut *Justitia*, *Misericordia*, *Omniprasentia*, vid. D. Gezel. Encycl. p. 176. *Absoluta* iterum sunt, vel *Communia*, quæ ratione conceptus communis, abstracti à Deo & creaturis, licet iisdem inæqualiter tribuuntur, & fluunt, vel ex conceptu *Entis*, ut, *uni-*

*tas, perfectio, veritas, bonitas, vel spiritus, ut simplicitas, vita, intellectus, voluntas.*

§. IV.

Propria verò sunt, quæ soli Deo, & nulli creaturæ tribuuntur, quæ *ιδιώματα* seu proprietates Dei dicuntur, & sunt duplicia. Vel Negativa, quæ terminis efferuntur negativis, E. gr. ratione Quantitatis est *Infinitas, Immenfitas*; ratione Qualitatis, *Immutabilitas, Incorruptibilitas*; vel Positiva, quæ terminis efferuntur affirmativis, ut *Æternitas, Omnipotentia, Omniscientia*. Hæc Attributiona propria dicuntur, alia Negativa, alia Positiva, quat. illa negativis, hæc positivis exprimuntur, terminis. Negativa, licet aliquid de Deo *formaliter* videntur negare, *fundamentaliter* tamen & *materialiter* positivam perfectionem innuunt. E. gr. *Immortalitas, & Immaterialitas, &c.* remouent quidem aliquid *formaliter*, illa mortem, hæc corpus, verum *materialiter*, illa ponit vitam, hæc spirituales essentiam, quæ omnino sunt perfectiones, & aliquid essentielle in Deo significant. Quod verò Communia hic præcedunt Propriis Attributionis, fit partim propter Intellectus nostri tenuitatem, qui à *Communibus in ratione cognoscendi progredi amat*, partim etiam ob rationem communem Attributionum propriam, quæ à *no-rioribus*

*sioribus sc. Communibus, ad propria tendere  
 discipit, ad faciliorem tantæ rei cogniti-  
 onem obtinendam. Hic breviter etiam notan-  
 dum: Dei Attributa dicuntur ἀνεργήσια, im-  
 manentia, quiescentia, sive non operativa,  
 ἀκοινώνησια incommunicabilia, quæ intra sim-  
 plicissimam Dei essentiã manent, ut, *Infinitas,*  
*Eternitas*; alia συγκατάβατικῶς, ad nostrum  
 concipiendi modum, quoniam finitus noster  
 intellectus, non valet uno conceptu adæqua-  
 tẽ apprehendere, quicquid in infinita Dei es-  
 sentia est. Alia verò ἐνεργήσια operativa,  
 nuncupantur, quæ ita divinæ conveniunt es-  
 sentiæ, ut non solum in eadem maneant, ve-  
 rum etiam ad extra se exerant & manifestent:  
 ab aliis dicuntur κοινώνησια sive communi-  
 cabilia, ut sunt, *omniscientia, omnipoten-  
 tia, &c.**

#### §. V.

Superius indigitatum est, Attributa Deo  
 competere, non ut accidentia, quod etiam  
 num paucis probandum erit, idq; 1. Quoni-  
 am in *Ens simplicissimum, nulla cadunt ac-  
 cidentia*, teste B. D. Chemnitio I. de Deo  
 2. Enti perfectionem aliquam, sive entitatem,  
 multis licet imperfectionibus involutam, su-  
 peraddunt, quæ in homine formaliter sunt,  
 quat. qualitatuum nomine veniant; sed in Deo,  
 remotâ omni imperfectione, ejusmodi Attri-  
 buta

buta sunt *Eminenter*, per identificationem cum ipsa essentiâ, unde elucescit impium & blasphemum fore adserere, eadem ut accidentia, Deo attribui posse, obstante summâ divinâ perfectione. 3. Sin verò, admitterentur adversariorum sententiâ, foret Deus ex subjecto & accidentibus compositus, quod repugnat, & quidem è diametro, simplicitati divinæ, atq; sic esset & non esset, quod absurdum. 4. Opponit tamen Arist. *Quicquid uni individuum est accidens id alteri non potest esse substantia, at attributa homini sunt accidentia. E. etiam DEO.* Verum Arist. sermō est de eo, quod secundum unum conceptum & univocè pluribus inest, quod de Attributis, respectu Dei & hominis, verificari non potest, & sic *distinctissima confundit, summa imis æquans*, quod impium prorsus & blasphemum est, ut mox patebit. 5. Distinctione procedit Vorstius, asserens Deo non ratione Essentiæ, sed voluntatis, accidentia competere: verum parum errat errorem, dum eadem tribuit divinæ voluntati, nescius enim est, voluntarem, ut Dei attributum, ita idem esse cum ipsâ divinâ essentiâ, nec ab eâ *realiter* differre, quomodo ergò simplicissimus in omnibus Attributis, erit subjectum accidentium? Quoniam, *quicquid Deus vult, id per essentiâ vult, non per superadditam essen-*



essentia facultatem, quod hominibus concedendum est. 6. Sed instet quis, quod denominativè de Deo prædicentur. E. Ob rationem, quia Deus denominatur, unus, verus, bonus, &c. Verum ita regero; Quicquid prædicatur denominativè, ut à formâ accidentali denominetur, illud est accidens. Jam verò Attributa prædicantur de DEO, denominativè, non quod sint accidentia, sed quod non involvantur in primo ejus conceptu, quo Deum concipimus. Vide Clarif. Mej. Pneu. p, 338. pluribus hæc exponentem, & exemplo, de poculo aureo, idem illustrantem. Hisce præsuppositis, claudo hoc Theorema, de Attributis in genere, hac assertione, videlicet, quod attributa analogicè de DEO & creaturis prædicentur, scil. per analogiam attributionis intrinsecæ & propriè ita dictæ, quæ primariò, principaliter & eminentissimè Deo, secundariò autem & tanquam umbra, hominibus conveniunt, ut disserit, Hornejus, de DEO, Disp 3. sect. 1. E.

#### THEOREMA QUARTUM

*Specialius & quidem communia Attributa divina delineans.*

##### § I.

Quoniam in præcedentibus ostendi, Attributorum tam distinctionem, quam tran-

ctian.

ctandorum ordinem, ideoq; *Unitatem*, primo loco, ventilare visum est, quia, *quo magis quid est unum, eò magis etiam est perfectum, verum & bonum*, tali definitione.

1. *Unitas Dei est attributum, quo essentiam divinam singularissimam, quat. in se maxime est indivisa, concipimus. Omiffa òvoquat.* hic not: Homonym. Ubi *Unitas* alia vocatur voluntatis & consensus seu concordie, alia quantitatis in corpore quanto. *Generica*, quã quid est unum genere, vel *specificã*, unum specie, (sic, *Deus nec genere nec specie unus est*, quia non est universale quid) *Numerica* autem sola acceptatur, non tamen *Predicamentaliter* sed *μονοτρόπως*, *singulariter*, *exclusivè* & *Eminentè*, quat. ita una est divina essentia, ut non sit à multis. Excluditur ergo hic compositio, ex *Genere* & *Differentiã*, ex *esse* & *essentiã*; nec sumitur *precisive* & *indeterminatè*, ut in Met. dicitur attributum Entis in genere, quoniam DEUS non tantum actu est unus, sed omninò unicus, omnem rejiciens multiplicationem. Hinc dicitur *unus, unitate simpliciter indivisã indivisibili*; quæ assertio prolixè posset probari, ni instituti ratio inhiberet. Sic itaq; hoc unico argumento. Novimus Canonem Met. Quod *omne verum, Ens sit unum*, & quidem ita unum, ut *singular-*

gulare sit, id utrumq; de Deo potest affir-  
mari; quoniam est verum Ens, omnemq;  
multiplicationem respuit. Ideoq; quod est  
summum, perfectissimum, simplicissimum &  
impartibile, id non potest esse nisi unum, qui  
erit summus, perfectissimus, simplicissimus &  
impartibilis, solus totum habens; Atqui hæc  
omnia de Deo verificari possunt: E. Quo-  
circa, inquit Stratman: Regi omnium Re-  
gum, & Domino dominantium convenit, ut  
sine socio imperet, alias enim nec ipsius Au-  
toritas & Majestas erit maxima, nec ipse  
solus dominabitur universis, omniaq; guber-  
nabit. &c. Confirm. scr. S. Deut. 4. 30 c.  
45-5. &c. Notat præterea ille, quod Deus  
unus sit, *α. Essentiâ*, & quidem *unitate*  
*numericâ*, ut paulo antea dixi, *β. Nomine*,  
*γ. Virtute*, *δ. Opere*, *ε. Voluntate*, *ζ. Ma-*  
*jestate*, *gloriâ*, & *cultu*. Trinus est non di-  
visione & confusione, sed verâ & reali per-  
sonarum distinctione. Observ. unitatem ut  
& cætera Attributa, à parte rei, sive quo ad  
*materiale*, esse ipsam essentiam Dei, in quo  
etiam simplicissimè conveniunt, ita tamen,  
ut sub distinctâ formalitate, divinam essen-  
tiam conceptam ponant, sic hoc loco, *uni-*  
*tas divina*, nil aliud est, quam ipsa essen-  
tia divina sub unitatis formalitate, inadæ-  
quato conceptu apprehensa, & una appella-  
ta,

ta, *Formale* verò innuit distinctum a tribu-  
tum ab aliis.

§. II.

2. *Perfēctio Dei est attributum, quo es-  
sentia divina est simpliciter indefēctibilis.* Su-  
mitur hic perfēctio *determinatē* & in statu  
eminenti, prout Dei est attributum, quo il-  
le ἀπλῶς & *independentē* perfēctus dici-  
tur. Hinc perfēctionem Deo comperere,  
probatu facile est, quoniam, *omne Ens est  
perfēctum essentialiter, Deus est Ens, E. U-*  
*nitas simplicissima dei, perfēctionem ad hęc*  
*importat maximam, ut paulo ante dictum, Per-*  
*fēctus itaq; est Deus Originaliter, essentiali-*  
*ter & independentē, actualiter ἐν ἐνεργήματι*  
*eminenter, Causaliter, virtualiter, & fina-*  
*liter.* Creaturæ verò perfēctæ dicuntur, *par-*  
*ticipativē* & per dependentiam. 3. *Veritas*  
*Dei est attributum, quo Deum sub statu*  
*congruentiæ cum suo intellectu, ut cognosce-*  
*nte apprehendimus.* De certitudine hujus at-  
tributi nulli dubitamus, quoniam uti nulla  
essentia, ita nec divina, sine *veritate esse*  
potest, cui singula saum esse debent, idcir-  
co à Met. vocatur, *Attributum Entis uni-*  
*tum*, si hoc, vid. quod *unitim Enti compe-*  
*tit, utiq; impium foret ipsam veritatem hinc*  
*excludere.* Est itaq; Deus verus, *indepē-*  
*dentē*, nam à se ipso veritatem habet, Ori-  
ginaliter

ginaliter, infallibiliter. Deut. 33. 4. Joh.  
3. 3.

4. Bonitas Dei est attributum, quo Deum sub statu congruentie cum voluntate divinâ concipimus. Bonum esse Deum, probamus, quia est infinite bonus, & fons omnis boni, Ps. 25. 8. Rom. 11. 4. & omne Ens est bonum transcendentialiter, ut docent Met. omniumq; antesignanus, Excellentis: D. D. Calov in Met. divina: proinde, ut verus est Deus, ita etiam bonus, per essentiam, independentem, causaliter, finaliter & immutabiliter.

5. Simplicitas Dei est attributum, quo essentia divina omnis omnino compositionis, divisionis, multitudinis & accidentium, simpliciter expers est. Quod hoc argum. probo. Quicumque modo simplicissimo dicitur unus, is etiam recto jure dicitur simplex; At Deus talis est, E. Consequentia probatur hoc modo, simplicissima unitas, infere indivisibilem Entitatem; & porro, qui est absolute perfectus, is etiam est absolute simplex ac Deus talis est, E. Nam, quanto quid in Entibus est simplicius, eò etiam est perfectius. Hinc removenda erit, ut antea dixi, compositio (a) Ex Materiâ & Formâ. (b) Ex subjecto & accidente. (c) Ex naturâ & supposito. Quoniam Deus est purissimus, omnem excludens passivam potentiam.

*6. Vita Dei est Attributum, quo essentia divina actuose vivere, & ex se ipsa vi agendi pradita esse, & agendo aliis etiam vitam communicare intelligitur. Sumitur hic vita Transcendentaliter, non Pradicamentaliter, quod ipsa formalis ratio indigitat, quæ nil aliud est, quam simplicissimus & purissimus actus, quo semetipsum actuat, tum per operationes internas Intelligendi & volendi, tum per externas, extra se terminatas. Est ergo vita Dei, ipsa Dei essentia, inadæquato conceptu apprehensa, cum sui ipsius actuati-  
 one. Quod autem vita Deo competat, probatu facile est; nam, Quicumque est Spiritua-  
 lis, ille etiam est Vitalis, Deus talis est, E. & omnis perfectio simpliciter talis, Deo est ad-  
 scribenda. Qvalis verò sit vita Dei, hisce patet. *a.* Est simplicissima, quoniam immediate per ipsam suam essentiam vivit, sine omni actuum vitalium multiplicatione & successi-  
 one, quod creaturis accidit. *β.* Perfectissima, nam est Ens perfectissimum. *γ.* Beatissima & felicissima propter sufficientiam, quæ nullius rei indigus est. *δ.* Immutabilis & æterna, est enim sine principio & fine, ubi nec actio, nec alteratio vel diminutio locum inveniunt. Vide Scheibl. Met. p. 541. Hundeshagen p. 16. Stramm. p. 881. Quorum argu-  
 menta felix hinc excludit.*

7. *Intellectus Dei est Attributum, per quod ille omnia ac singula, sine ullo errore & immutabilitate, uno actu simplicissimo, simul perfectissime & exactissime à priori intelligit. &c. Intellectum & Voluntatem vitæ divinæ gradus, pro nostrâ concipiendi ratione, voluerunt esse Auctores non tamen concipiendâ reale aliquod discrimen à parte Dei, nam sic ut Attributa reliqua cum eo identificantur; nec agimus hic de Intellectu præcisivè, ut in parte Gener. sed. Eminentè & determinate, pro Attributo Dei. (a) Quicquid enim in hoc mundo omnia tam præclare constituit, illud intellectum habere necessum est, at Deus, talis est, &. (β) Si Deus est spiritualis, &. etiam Intellectualis, at verum pr. E. p. Ratio hæc est; Quia spiritus ut sic Intellectualis est. Necessariò enim requiritur Intellectus ad perfectionem divinam, quoniam absque eo absolutè perfectus dici nequit. Breviter, cognoscit Deus absque errore, quia intellectus impotentia, ἀσθένεια, rei absentia &c. hic non dantur; sed immutabiliter, propriè & à priori cognoscit, & quidem simultanéè omnia. Vide Klotz.*

8. *Voluntas Dei est Attributū, quo i omnia, quæcunque vult, ab omni eternitate, à se ipso uno constanti ac libero actu vult. Dari voluntatem divinam patet: ubi enim intellectus, ibi etiam voluntas, nam individuo quasi*

nexu concurrunt ad constituendam perfectio-  
nem, ut de Intellectu dixi. Ratio formalis *Vo-*  
*luntatis* Dei consistit in hoc, quod Deus sim-  
plicissimo actu, per essentiam vult omnia bo-  
na, tum quo ad actus specificationem, tum  
quo ad ejusdem exercitium. Est namque *per-*  
*fectissima, constantissima & immutabilis, &c.*  
Plura hic observanda forent, si temporis an-  
gustia non excluderet. Unicum tamen no-  
tamus Argum. contra Calvin. Voluntatem  
Divinam infringentes. *Quod Deus non potest*  
*velle per accidens, ejus neque est causa, At*  
*Deus non potest velle mala per accidens. E-*  
*nec malorum est causa.* Peccata itaq; nullatenus  
vult Deus; neq; voluntate permissivâ, neq; ap-  
probativâ. Distinguendum probè est inter  
*voluntatem & permissionem*, aliud enim  
est permittere voluntatem, aliud permissivè  
velle. Vide Apologeticum Dei, Max. Rever. Dn.  
Doct. Enevaldi Spenonii, Theol. nostri Pri-  
marii, in quo libro verè aureo, Hæreticorum  
impia argumenta contra Deum, refutantur.

### §. III.

Exposui breviter hætenus *Attributa Dei*  
*Communia*, sequuntur jam *Attributa Propria*  
*negativa*, quæ soli Deo *immediatè* conve-  
niunt, deposito omni cum creaturis commer-  
cio, quorum: I. *Infinitas*, quæ est *Attribu-*  
*tum Dei proprium negativum*, juxta quod  
ille nullos planè limites, aut terminos *essentia*



*Et perfectionis habere valet. Vocabulum Infinitati variè sumitur, quod apud Auctores videre est; hoc tamen loco tenendum, terminum istum Entitative sumi, pro eo, quod ratione essentiae suae, verè est infinitum, quo ad substantiam, uti Deus, qui infinitus dicitur in essendo, in Essentiae attributis & operationibus, nullos admittens terminos: Et quia simpliciter est independens, E. quoque est infinitus, & caret, ut dixi, Essentiae terminis.*

*2. Immensitas est attributum Dei proprium negativum, juxta quod, Deus nullo spacio, siue vero, siue imaginario commensurari potest. Immensitatem Dei probat absoluta Dei perfectio, quæ non patitur suæ perfectionis mensuram, ratio est, nam omnis perfectio possibilis, qualis etiam immensitas est, tribuenda est absolute perfectio, nec potest loco mensurari, qui est essentiae infinitæ, propter absurditatem contradictionis. Sic dicitur Deus immensus, ut quæcunque facta positione, in omni sit spatio, etiam imaginario, modo planè divino. Deus est immensus, non ratione extensionis, sed repletionis, ita, ut nullus dari possit locus, à quo divina essentia sit exclusa; inquit Doct. Gezelius, Encycl. p. 182.*

*3. Immutabilitas est attributum Dei proprium negativum, juxta quod in Deum nulla cadere mutatio potest. Sumitur vox immutabili-*

*satis, a. Privativè, prout quid potest mutari, quod tamen actu non mutatur, vel etiam actu, ut cursus solis, Jos. 10. per omnipotentiam divinam est mutatus. ß. Negativè, quat. omnem mutabilitatis potentiam, sive obedienciam, sive naturalem, tam remotam quam proximam tollit; atq; sic Deo tribuitur; Nam, Deus est Ens independens, Ergo etiam immutabilis, quod ipsum Immutabilitatis formale innuit. Deo omnis omninò mutationis repugnantiam inferens, quod probati potest, a. Ab omnimodâ Dei simplicitate; nam compositio, cujuslibet imperfectionis & mutationis origo est. ß. Ab existentiâ, sic ab esse, ad non esse, quod Deo contrariû  $\gamma$ . Loco, cum ex uno non migrat in aliû. d. Ab accidentibus, quæ in Deum non cadunt. e. A Proposito seu voluntatis decreto. Hic not. quod voluntas Dei ita non est comparata, ut aliquid velit, quod postea nolis. Hi sunt præcipui mutationis modi, qui à Deo removendi sunt. 3. Immortalitas est Attributum Dei, quæ essentia divina in se nunquam admittere potest vitæ cessationem. Restringitur immortalitas ad spiritum infinitum determinatè & in statu Eminentis, quæ Deo verè competit, propter absolutam suam immutabilitatem. Ratio formalis immortalitatis indigit, quod Deus in se & ex se nunquam ad-*

mittit

mittit vitæ cessationem, sed essentia Dei extra omnem posita est immortalitatis possibilitatem, nam est actus purissimus & perpetuus. Vide pl. apud Scharfium.

§. IV.

*Sequuntur Atributa Dei positiva, qua effervuntur terminis affirmativis.*

1. *Æternitas est attributum DEI positivum, juxta quod essentia divina, ita dicitur esse permanens, ut nec initium nec finem existentie suæ habeat, aut habere unquam possit. Atributa hæc dicuntur Positiva, quatenus exprimuntur terminis positivis, affirmativè: Nam in præcedenti paragrapho, de negativis egi, quæ licet de Deo aliquid negent formaliter, fundamentaliter tamen & materialiter, positivam innuunt perfectionem, de quibus antea in Theor. 3. §. 4. egi. jam verò tenendum sive negativè sive positivè enunciuntur, eadem nihil realiter ab essentia divina distinctum importare, sed conceptibilitatem saltem. Æternitas dicitur ab æterno, quasi sine termino existens, quæ propriè & adequatè sumitur, pro duratione absolutâ & infinitâ, cui principium & omnis finis simpliciter repugnant, sic dicitur à parte ante & post. Idem clarius exponit, ratio formalis æternitatis, æternitatem scil. esse, perfectissimam existendi per-*

*manentiam, cum negatione omnis principii  
& finis, cum actualis, tum possibilis, & suc-  
cessionis. Sic Deus, ut sua ipse est essen-  
tia, ita etiam sua est aternitas, quod intel-  
ligendum erit, non de aternitate partici-  
patâ, quæ à parte post est, sed absolutâ &  
infinitâ, omnem prioritatem & posteriori-  
tatem respiciens.*

2. *Omnipotentia est attributum Dei posi-  
tivum, juxta quod in omni illud; quod  
fieri nullo planè modo repugnat, efficere ex-  
tra se posse concipiunt. Potentie vocabu-  
lum sumitur hic non passive sed active nec  
potentia Dei est finita, sed infinita, quæ o-  
mnipotentia dicitur. Solent opponere; Deus  
est actus purissimus, in quem nulla cadit po-  
tentia, quia potentia est conjuncta cum im-  
perfectione; sed confundunt potentiam atti-  
vam & passivam, finitam & infinitam, hæc  
est quæ omnem imperfectionem excludit, &  
Deo adscribitur. Deus enim est actus puris-  
simus, omni potentia receptiva expers. Variæ  
hæc obveniunt Omnipotentie divinæ distinc-  
tiones, quas vide apud Scheibl. Met. l. 2. c. 3. p. 575.  
seqq. Unicam tamen inserimus Dist. inter O-  
mnipotentiam in statu determinato, prout,  
absolutam & ordinatam denotat, vel in Pra-  
cisivo statu, quatenus à potentia Dei absolu-  
tâ & ordinata abstrahit, quæ transcendit.*

ordinem à Deo in naturâ institutum, quem illa  
 semper observat. Dubiû profuit, idq; haud mi-  
 nimum, è consideratione Existentiæ omnipo-  
 tentiæ divinæ, num lumine naturæ, & rectæ ra-  
 tionis beneficio innotescat. Eam Deo conveni-  
 re naturâ cognoscimus, licet *confusè, indi-  
 stinctè & imperfectè*, & quidem quoad Ge-  
 neralia. Dist. itaq; est inter *omnipotentiam  
 divinam in se spectatam, ejusq; objectum*,  
 licet illo modo dignosci non potest, attamen  
 ratione *objecti*, quod jam indigitavi & mox  
 patebit. Nam *ejus essentia est infinita, ejus  
 quodq; potentia*. Ratio hæc est nam *poten-  
 tia essentiam insequitur*, Ergo, qualis illa  
 talis hæc. Et *cuiuscunq; infinita potentia com-  
 petit, illi etiam omnipotentia vere convenit;*  
*at Deo*: E. rationem addit Aristot. lib. 12. M.  
 c. 7. nec non lib. de Mundo, c. 6. hisce ver-  
 bis: *μῦθε χρῆν ἡεὶ θεῶν ἀγαθοῖσιν ἐπιδράμεν  
 μὴ ὄντι ἰσχυροτέρῃ*, i. e. sic de Deo exi-  
 stimare oportet, ut si potentiam spectes, sit  
 potentissimus. Ratio formalis idem evincit:  
 hoc modo Deus omnia efficere potest, quæ  
 fieri non repugnant; quocirca accuratiores  
 Philosophi, adæquatam omnipotentia divi-  
 nâ objectum ponunt, omne id quod *abso-  
 lute*, & ullo modo est possibile, cui impossi-  
 bile contradicit, ideoq; sumitur hic possibile  
 non *relative & formaliter*, in ordine ad po-

gentiam Dei activam, sed absolute & fundamenta-  
litate. Not. Potentiã Dei considerari vel  
intrinsicè & Entitativè, prout in Deo est ra-  
tione suæ Entitatis, & cum ipsâ Essentiã di-  
vinã indentificatur, vel Extrinsicè & Objecti-  
vè, in respectu ad objecta extra Deum posi-  
ta, juxta quæ occupatur providentia divina,  
quorum omnia Deus facere potest, quæ ab-  
solute & simpliciter sunt possibilis, nullamq;  
contradictionem involvunt. Observ. (a) Ra-  
tione nature divine, adversatur Deo,  
quicquid ejus nature est contrarium, sic,  
Deus propter sanctitatem non potest pecca-  
re, mentiri, injusta agere, nec propter o-  
mniscientiam falli: Ratio est, quoniam ma-  
nifestam involvunt contradictionem & dese-  
ctum, quæ cum Attributis Dei è diametro  
pugnant. (b) Ratione objecti, utpote, o-  
mnia dicuntur contradictionem implicare,  
quæ objecti destruunt essentiam, sic, Deus  
non potest facere alium Deum, nam tum  
foret Ens dependens, & non verus Deus.  
Vide Scheiblerum, p. 577. (c) Ratione u-  
triusq; & potentia divine & Objecti, sic, E-  
gr. Deus effectum infinitum non potest pro-  
ducere, ob repugnantiam ratione Dei, qui  
solus est infinitus, & ratione objecti, quia  
quatenus produceretur, non posset dici in-  
finitum. Sic factum infectum Deus reddere

nequit. Breviter; Claudó, cum beato Augu-  
stino, hoc Attributum, dicente, lib. 15. de  
Trinit. c. 15. Magna Dei potentia est, non-  
posse mentiri, neq; Deus ideo minus potens  
est, quia peccare non potest, cum omni-  
potens nullatenus esse possit, qui hoc potest.  
Piè dicit, Doct. Gerhardus in Meditationibus  
suis sacris, ad veram Pietatem excitandam,  
hunc in modum. Quicquid amamus, id vel  
propter potentiam, vel propter sapientiam  
vel propter pulchritudinem amamus: quid  
vero Deo potentius, quid Deo sapientius  
quid Deo pulchrius? Omnis Regum mun-  
danorum potentia ab eo & sub eo est.  
Atq; sic ad debellandum impium Vorstium  
cum suis alleclis, hoc pro scuto oppono. O-  
mnis potentia passiva Deo repugnat, quia  
involvit imperfectionem, quæ à Deo est a-  
lienissima.

#### 6. V.

3. *Omniscientia est attributum Dei posi-  
tivum, juxta quod is omnia cognoscibilia u-  
no simplicissimo actu cognoscit.* Datâ in Deo  
vitâ, ut prius monstratum est, necessariò  
etiam datur *scientia*, non tamen in modum  
habitus, nam sic habitus foret, sed quate-  
nus uno actu, omnia perspicit, nullis inter-  
venientibus speciebus intelligibilibus, sinè di-  
scursu, uno actu purissimo insuetur, idem  
est

est cum divinâ essentiâ, modo tamen perfectissimo, omnia, sive *præterita, præsentia, futura, necessario sive contingenter talia, evidentissimè, certissimè, intuitivè* intelligit. Atq; sic ad objectum omniscientiæ refertur, (a) *ipsa essentia divina*, nam lemetipsum Deus *immediatè* intelligit. Teste Aristot. l. 12. Met. c. 9 (β) *Omne Ens creatum actuale*, quoniam à Deo dependet in esse & conservari, ergo nullatenus ipsi potest esse ignotum. (γ) *Omne possibile*, eo enim ipso quo Deus omnipotentiam suam cognoscit, quia omnia possible cognosceret, quæ sunt tanquam omnipotentia divinae objecta. (δ) *Omnia præterita, præsentia, futura etiam contingenter talia*, ut paulo ante dixi. (ε) *Mala tam culpa quam pœne*, hisce transgressores castigat, cujus si ignoraret, errare posset, quod cogitare impium est. (ζ) *Mala culpa etiam novit, vid. peccata, quæ sunt bonorum privationes*, si hoc ignoraret, nesciret etiam objectum actus puniendi, quod pariter cogitare, blasphemum? Absit. (η) *Non Entia, sive sint in potentia, sive à ratione humanâ excogitata*, atq; sic etiam comprehendit omnes intellectus humani operationes, Ergo etiam omnes conceptus formales & omnia quæ in illo



illo sunt *Objectivæ*, quo posito, potest etiam non Entia ad modum Entis ab Intellectu creato concepta simpliciter cognoscere, ut supra quoque indicatum est. (9) *Impossibilia*, nam Deus intuitu simplici omnia tam *possibilia* quam *impossibilia* cognoscit; *Modo vere perfectissimo*: 1. *Essentialiter*, nam uti Deus essentialiter ratione intellectus est perfectus, sic etiam quo ad *scientiam*, quæ à parte rei, cum ipsâ essentiâ divinâ identificantur. 2. Tum *intensive*, tum *extensive*, quoniam ratione objecti omnia cognoscit. 3. *Intuitive* uno actu omnia intuetur. 4. *Comprehensive*, integram objecti naturam penetrat & perfecte cognoscit. 5. *Immediate*, nam scientia Dei, est ipsa Dei substantia, atque sic non per speciem intelligit, sed per sui ipsius præsentiam. Vide Cl. Meij. p. 481. seqq. Encycl. Doct. Gezeli p. 183.

## §. VI.

*Attributorum Absolutorum ordinem claudunt  
Attributa Respektiva.*

1. *Misericordia est Attributum Dei respectivum, quo is ex summâ suâ bonitate omnium creaturarum, præprimis autem miserie hominum, facile miseretur.* Breviter hic not de *respectivis Attributis* agentes, quod in Deo non datur *realis respectus*, verum

rum *realis habiende*, quæ intellectui nostro inhaeret, quam per eminentiam Deo tribuimus, sunt ergo Deo essentialia etiam *Attributa Respectiva*, quæ relatè ad externum objectum, creaturas, scilicet, referuntur. Sumitur *miseritordia*, ἀνθρώπων εὐσπλαγχνία, compassionem denotans, de calamitate proximi; vel ἰσοπρεπείης, quat. Deo per analogiam *Eminentiae* tribuitur. Hoc *Attributum* datur in Deo, non solummodo effectivè, verum etiam propriè & affectivè, quamvis per analogiam. Ratio hæc est, quia *Deus* est absolutè perfectus, & *miseritordia* perfectionem importat, ideoq; Deo verè competit, quod ulterius ad oculum patet, ex variis effectibus divinis meram *miseritordiam* demonstrantibus. Quo ad *Materiale* idem est cum ipsa dei essentia, dicente Mejero, licet, inquit, *Deus* ipso actu non semper miseretur, id tamen nil derogat ipsius *miseritordiae*, quemadmodum, nil decedit ejus potentiae, quod non semper ea sese extrinsecus exerat. Distingvendum ergo est inter affectum Dei, analogicè talem internum, qui est in Deo: & inter externum ejusdem effectum qui est extra Deum. Agnoscimus itaq; Deum, ut Numen *miseritordissimum* cujus *miseritordia* est, quod non lapsi, seducti & consumpti sumus. *Causa Miseritordiae impulsiva interna*, est ipsa *Dei boni-*

tas. Objectum sive causa materialis, sunt omnes res creatæ, tam in genere quam in specie. Causa externa, hominum miser status. Quo respectu, misericordia Dei, verè infinita & essentialis est.

3. *Justitia est attributum Dei respectivum, quo ipsum juste semper agentem, recte judicare, bona bonis tribuere, malis malos punire, concipimus. Eminenter & Pneumatice, non κατ' ἔξω, quam Theol dividunt in Evang. & legalem, sed κατ' ἔσω, prout in Deo est, hic consideramus justiciam; Quam Deo competere probat absoluta Dei perfectio & sanctitas & omnia effecta divina. Quæ alias dividi solet in Commutativam & Distributivam, quarum neutra Deo convenit. Vid. Calov. Syst. Th. Tom. 2.*

4. *Omnipresens est attributum Dei respectivum, quo ipse omnibus rebus creatis, per suam essentiam intime, ita dicitur presens, ut in illas agat, conservando easdem, movendo & sustentando, nec non omnia replendo. Observat. breviter, Omnipotentiam hic non sumi abusive, quasi Deus tanquam vastum corpus sit per omnia extensus. Sed proprie, prout omnibus, in omni loco sine extensione presens est; Nam qualis Dei essentia, talis est ejus presensia: Non tamen (α) Definitive,*

ve, ut spiritus creati. Nec ( $\beta$ ) *Circumscriptive* quia per sui diffusionem adest, nec terminis circumscribi potest. Sed ( $\gamma$ ) *Repletive* est in omni loco, in omni re creata, & quavis rei parte, totus quo ad substantiam, presentiam, & ubique totus & indivisibilis. Vide Meij. Pneu. p. 51. seq.

Hic, Dissertationis filum abrumpere cogor, in ipso itineris prociectu constitutus; Ben. Lectorem officiosè rogans, ut eandem quasi extemporaneam, pro suo candore, dextrè interpreteur..

*Gloria sit Patri, sit Nato Gloria sancto,  
Gloria Spiritui, Triadi sit Gloria sacra.*

